Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift



scripsit moyses legem hanc. et tradidit eam sacerdotibus filiis levi qui portabant arcam fœderis domini et omnibus senioribus israel. Cum autem finem fecisset moyses scribendi legis in libris. mandavit levitis. Tollite librum hunc et ponite in latere arcæ fœderis domini dei vestri ut sit ibi contra te testis. Ego enim novi contentionem tuam et cervicem durissimam. Adhuc quippe me vivente et ingrediente vobiscum semper contentiosi fuistis. Quanto magis post mortem meam. Congregate ergo ad me omnes seniores tribuum vestrarum et iudices ut loquar audientibus eis sermones istos et contestem contra eos caelum et terram. Scio enim quod post mortem meam inique agatis et declinetis de via quam mandavi vobis. Et ventura mala novissimo tempore quando fecerit malum coram domino ut irritet eum in operibus manuum suarum. Et locutus est moyses audientibus cunctis verba carminis huius donec finem accipiret. Et ait ad filios israel. Ponite cor vestrum in omnibus sermonibus quos ego testificor hodie in vobis. Ut mandetis filiis vestris custodire et facere omnia verba legis huius. Quia non in vacuo res hæc vobis imperata est sed ut vita vestra in ea consistat. Et per hanc habitetis in terra pro qua transitis jordanem. Et possidetis eam. Locutus est dominus moyses in die illa dicens. Ascende montem abarim hunc. Et contemplare terram canaan quam dabo filiis israel in possessionem. Et morere in monte in quem ascendisti. Et adjungere populis tuis. Sicut mortuus est aaron frater tuus in monte hor. Et sepultus est in loco ubi nunc civitas abidal est. Locutus sum ad eos. Ecce ego hodie centum viginti annorum sum. Non egrediar ultra nec introibo. Dominus quoque dixit mihi. Non transibis jordanem hunc. Dominus deus patrum vestrorum ipse ante faciem vestram pergit. Ipse delebit omnes gentes has. Et possidebitis eas. Ecce ego ad vos sum. Et ipse ante faciem vestram pergit. Et ipse erit vobiscum. Non timeatis neque formidetis. Et ipse erit vobiscum. Non timeatis neque formidetis. Et ipse erit vobiscum. Non timeatis neque formidetis